Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Albert Willebrand

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ I.U.D. ... Ad Funeris Processum Quem ... Filiolae Euphrosinae, Vir ... Caspar March/ Med. D. ... simul cum sua Honoratissima Coniuge Dna. Catharina Schmides/ Hodie ... solenniter adornabunt Omnes & omnium ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus die 6. Maii A.D. 1660.]

Rostochii: Kilius, 1660

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77033377X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Willebrandt, A.,

in

C. March.

Euphrosyne

Rostock, 1660.

15

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77033377X/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77033377X/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77033377X/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77033377X/phys_0004
DFG

PROGRAMMA
Quô
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrandt/ J. U. D.
Cod. Prof., Ducal. Conſiſt: Aſſeſſor,

AD
FUNERIS PROCESSUM
Quem
Svaviſſimæ, Piiſſimæ, optimæq; Spei Filiolæ
EUPHROSINÆ.
VIR
EXCELLENTISSIMUS, EXPERIENTISSIMUS
DN. CASPAR Marck/ Med. D.
ejusdemq; ut & Mathem. Profeſſor. celeberrimus,
ſimul cum ſua Honoratiſſimâ Conjuge
DNA. CATHARINA Schmides/
Hodiè ad horam primam in Æde Sanctiſſimæ Virgini Sacrâ ſolenniter adornabunt
Omnes & omnium ordinum Cives Academicos, ſedulò ac officioſè invitat.

ROSTOCHII,
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.

407
15.
105

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77033377X/phys_0005

RECTOR
ALBERTUS Willebrand/ D.

QVandò, extremam Vitæ humanæ miſeriam impenſius contemplamur, eā nil aliud eſſe experimur, quam continuam quandam calamitatem, continuumque ſupplicium. Quod & ipſum, rarum illud ſapientiæ lumen SENECA ad Polybium, C. 28. ſic ſcribens, ingenuè confitetur. *Si velis credere, altius veritatem intuentibus, omnium vita ſuppliciū eſt.* Quippè quæ omnibus fortunæ propoſita eſt ſpiculis ac ærumnis; quæ quò longior, eò majoribus ac atrocioribꝰ obnoxia procacioris ſortis inſultibus, ita ut nemo ſeriorem lugendi habeat anſam, quàm ille ipſe, qui in hoc turbulentiſſimo tot cladium ac afflictionum pelago, diutiſſimè vitam protrahendo, grandem ſenectam, annosq; numeroſos pertranſit. Pœnam quippe ille ſatis atrocem tolerare compellitur, quæ data, ut JUVENALIS Satyr 10. inquit:

diu

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77033377X/phys_0007 DFG

diu viventibus: ut renovatæ
Semper clade domus, multis ac luctibus, inq;
Perpetuô mœrore, & nigrâ veſte ſeneſcant.

O fortunati itaque teneriores infantum, puerorum, adoleſcentum pedes, qui antequam, majorem vitæ delibent acerbitatem, ad ſempiternam illam nulliusque conſciam termini feſtinant felicitatem. O dextrô Hercule [ut ita loquar] nati omnibusque proſperiores calculis, qui in hanc communem prodeuntes lucem, vel in primo vitæ liminè, vel brevi poſt vitæ auſpicium tempore, finiunt miſeriam, antequam eam rectè deguſtaverint, ſivè antequam graviorem illius amaritudinem incœperint experiri. O quàm feliciores illis, qui plenis labiis haurire, & cum intolerabili faſtidiô ac anxietate rerum humanarum mala cōcoquere coguntur: Nequè profectò tales inani leſſo, ſuperfluis lachrymis, im̄oderatoq; urgendi luctu, ſed magnâ ſatius honorandi laude, feſtivoque donandi applauſu, quod tàm celeriter, è tàm tetro vitæ hujus carcere ſempiternoque ſuppliciò eluctati, ad veræ æternumque duraturæ beatitatis portum appulerunt; quod tanta velocitate legem mortalitatis inevitabilem abſolverunt. Et in tàm fauſtô florentiſſimoquè ſtatu jure meritò collocamus elegantiſſimam raræque pietatis

Virgun-

Virgunculam EUPHROSINAM Marchs. De quâ, propriùs ipſiuſmet Parens, Vir Excellentiſſimus, Experientiſſimus, Dn. CASPAR March Med. Doctor & Profeſſor celeberrimus, Collega noſter dilectiſſimus, nequè mediocriter ex ipſius immaturo ac præcoci obitu afflictus, quidnam ſuâmet dexterâ, inter paternas conſignaverit lachrymas benignis (quæſo) percurrite oculis.

Nata eſt, quam nunc paternô affectu lugeo, ſvaviſſima mea & optimæ ſpei filiola EUPHROSINA, Gryphiswaldiæ ex Matre piiſſimâ, CATHARINA Schmiedes. *Anno 1652. IX. Februarii dimidiâ ferè poſt XI jam nocturnam horâ,* Avus *ejus* Paternus *fuit Admodum Reverendus Vir, M. CASPAR* March / *Præpoſitus Circuli Pencumenſis in Pomerania & in Oppido iſto Paſtor laudatiſſimi nominis.* Avia Paterna, *virtute quondam & pietate præſtans Matrona, ANNA* Krügers / *Civis & Mercatoris in Veteri Sedino primarii filia.* Avus Maternus, *Vir Spectabilis, arteq́; & experientiâ olim valens, Dn. JACOBUS* Schmiedt / *Pharmacopæus quondam Gryphiswaldiæ induſtrius & commendatiſſimus* Avia Materna, *Matrona laudatiſſima; MARGARETA* Lokervitzen / *adhuc per Dei gratiam in vivis, poſt mortem prioris mariti, Viro Clariſſimo & Excellentiſſimo Dn. M. FRIDERICO* Dedekind /

nunc

nunc Philoſophiæ Practicæ in Almâ Gryphica Profeſſori meritiſſimo connubiali fœdere juncta, acerbiſſiméq; proculdubio neptis ſibi dilectiſſimæ inopinam mortem luctura.

Plures in ordine Majores enarrare ſuperfluum foret, & fermè præter morem. Addo ſaltem, quod, uti poſt ortum in hanc lucem natalem, ſacroſancti Baptiſmi mediô Chriſto inſerta fuit, ita &, ſimul ac rationis majorem adepta uſum eſt, eam in Chriſtianiſmi fundamentis & pietatis exercitiis, & ipſe, unà cum Matre inſtituerim, & ab aliis inſtitui ſedulo curaverim, non ſine ſucceſſu, quem Deus ſua gratiâ adeò felicem dedit, ut quoties ſingulari devotione pronuntiatas ab eâ preces, & geſtus piiſſimos, quibus, uti ſæpè deprehenſa eſt ſolitariè & in occultiori angulo orabat ac ſuſpirabat, in mentē revoco, non poſſim non dolere ereptam familiæ Oratricem devotiſſimam: Quod ipſum tamen ſolatio nunc eſt majori, nec mirari facit, quod ex hoc Mundi fœdiſſimo ſtabulo eam eripere, & in cœlicum pſallentium Agno chorum transferre Benigniſſimum Numen feſtinaverit; Iſtô enim fine factum certò reor, quòd ante octiduum poſt leves aliquot dierum querelas de capitis gravitate, decumbere eam Divinum fatum fecerit, & manifeſto atq; acutiſſimè febricitare; quem æſtum mirandâ ferè patientiâ tulit, usq; dum, fruſtratô quorumvis medicaminum uſu, omniq; corporis

poris

poris & mentis vigore brevi exhauſtô, coacta poſt triduum animula piiſſima fuerit, ineptum ſui domicilium relinquere, & inter adſtantium Matronarum preces, meosq́; devotos pro felici exitu gemitus, ad Beatorum quietisſimas ſedes evolare. Id quod factum proximâ mercurii die, 2. nim. Maij, horâ auditâ decimâ matutinâ, exactô ferè quadrante ultra octavum ætatis annum. Faxit Trinunum Numen, ut Ipſum cum volet ſequi, nobis eadem felicitas contingat. Amen.

Percepiſtis jam Honoratiſſimi Academiæ Cives, Selectiſſimæ hujus, egregiæque ac integerrimæ indolis, ut & præclariſſimæ ſpei Virgunculæ nativitatem, Vitam & Mortem; percepiſtis Vitam ipſius temporis ſaltem punctum, bullamquè; id eſt humorem illum inanē, (qui in aquis viſitur, momentò tēporis enaſcens ſimul & evaneſcens,) fuiſſe. Percepiſtis etiam quantà feſtinatione, ſolutâ corporis contagione, cœlo & ſempiternæ gloriæ fuerit reddita; quàm felicitatē vel ipſa invidia erubeſcat invidere ac denegare inclytæ huic, Virgini inſignibusq́; corporis & animi cōdecoratæ muneribus. Cujus exuviis hodiè ad Templum Divæ Virgini Mariæ dicatum, circà horam primam deducendis, ut Vos Cives Academiæ honoratiſſimi, frequenti comitatu adſitis, officiosè & aman-

amanter invito. Date hunc honorem puellæ huic, & quidem extremum; puellæ inquam, quæ ſi adultior facta fuiſſet, velut præclarum ſydus tàm præſtantibus animi ornamentis, quam decente corporis pulchritudine effulſiſſet. Date hunc honorem Parentibus Optimis atq; mœſtisſimis, DEumq; ac Patrem totius conſolationis ardentisſimis ſollicitate precibus, ut illi vulneri graviſſimo, quod prædictis inflixit parentibus, ſalutare ac ſuaviſſimum applicare remedium, eosq; efficaci erigere ex hoc luctu ſolatio, clementiſſimè dignetur. P. P. Sub Sigillo Rectoratus die 6. Maji A. D. 1660.

Conveniant Academiæ Cives in Æde DEIparæ Sacrâ horâ I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77033377X/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77033377X/phys_0014
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77033377X/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77033377X/phys_0016
DFG

poris & mentis vigore brevi exhau [illegible] *poſt tri-
duum animula piisſima fuerit, in* [illegible] *domicili-
um relinquere, & inter adſtanti* [illegible] *onarum
preces, meosq; devotos pro felici ex* [illegible]*, ad Be-
atorum quietisſimas ſedes evolare* [illegible] *factum
proximâ mercurii die, 2. nim. Ma* [illegible] *itâ deci-
mâ matutinâ, exactô ferè quadra* [illegible] *ctavum
ætatis annum. Faxit Trinunum* [illegible] *t Ipſum
cum volet ſequi, nobis eadem f* [illegible] *ntingat.
Amen.*

Percepiſtis jam Honoratiſſi [illegible] niæ Ci-
ves, Selectiſſimæ hujus, egregia [illegible] egerri-
mæ indolis, ut & præclariſſimæ [illegible] unculæ
nativitatem, Vitam & Morten [illegible] ſtis Vi-
tam ipſius temporis ſaltem punc [illegible] mquè;
id eſt humorem illum inanē, (qu [illegible] viſitur,
momentò tēporis enaſcens ſim [illegible] ſcens,)
fuiſſe. Percepiſtis etiam qua [illegible] tione,
ſolutâ corporis contagione, co [illegible] piternæ
gloriæ fuerit reddita; quàm felic [illegible] ſa invi
dia erubeſcat invidere ac deneg [illegible] æ huic,
Virgini inſignibusq; corporis & [illegible] decora-
tæ muneribus. Cujus exuviis ho [illegible] nplum
Divæ Virgini Mariæ dicatum, [illegible] m pri-
mam deducendis, ut Vos Cives [illegible] hono-
ratiſſimi, frequenti comitatu a [illegible] ciosè &
[illegible] aman-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77033377X/phys_0017
DFG